

natio & Mausim Antichristi, *Dan. 11, 38-39*. Papistæ objic. 1. In omni loco offerentur nomini meo sacrificia munda, *Malach 1, 11*. 2. Christianos esse Sacerdotes, *Esa. 61, 4. 5*. 3. Melchisedech obtulit panem & vinum, *Gen. 14, 18*. 4. In N. Test. futura altaria, *Esa. 19, 19*. Resp. (1.) Sacrificia illa sunt totus Christianorum cultus, preces, eleemosynæ, invocatio nominis Dei, *Rom. 15, 16. c. 12. v. 1. 1. Pet. 2, 5*. (2.) Sunt Sacerdotes spirituales, qui tales hostias offerunt, ut jam dictum. (3.) Non ut sacrificaret, sed ut Abrahami fensas copias reficeret. Et quomodo à Melchisedecho ad Misam procedet collectio? (4.) Altaria spiritualia indigitat Propheta, res Nov. Test. describens verbis Vet. Test. quod non insolens in Vet. Test. Qui prolixius hæc diducta cupit, legat Adm. Rev. & Amplisf. viri, Dni. D. Dorschæi, fratris mei in Christo honoratissimi, Mysaria Misæ, ubi & aliorum theologorum Scriptorum, & ipsius Divi Lutheri fit mentio, quo loco hanc materiam tractavit.

IN LOCO
DE POENITENTIA.
THEOREMATA.

1. POENitentia est conversio hominis peccatoris ad Deum, quæ is à gnita ex lege peccata deslet, & fide propter meritum Christi cõrundem condonationem expectat, cum proposito, quod vitam emendare velit.

2. Vox Pœnitentiæ est ambigua. Notentur hæ regulæ: (1.) Cum Pœnitentiæ tribuitur effectus remissionis peccatorum, gratiæ divinæ, salutis æternæ, accipitur pro tota conversione, *Jer. 18, 8. Matth. 9, 13. Luc. 3, 3. c. 24. v. 27. Actor. 5 v. 31*. (2.) Cum fides Pœnitentiæ adjungitur, accipitur pro contritione sola, *Marc. 1, 16. Actor. 20. v. 21*.

3. Causa ejus principalis est Deus, *Psalms. 51, 12. Jer. 31, 18. 2. Tim. 2, 25*.

4. Objectum sunt omnes homines, *Marc. 1. v. 15. Actor. 17, 30. 1. Jobi 1, 8*.

5. Finis est remissio peccati, *Jer. 36, 3. Luc. 15. v. 7. Jer. 18, 8. Actor. 2, 38*.

6. Effectus est nova obedientia, *Matth. 3*.

Fffff

7. Partes